



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 67. Cardinales decretum de reformatione Pontificis electioni
præponenda condere recusant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A.C. 1417

tineret, donec satis constaret, an Ludovicus ex vulneribus suis moreretur, vel sanus evaderet, qui quidem sanitatem recuperavit, sed semper inter Baviaræ Duces usque ad annum millesimum quadringentesimum trigesimum, quo Imperator illos sibi invicem reconciliaverat, ingens odium exarsit.

§. LXVII.

Cardinales Decretum, de reformatione ante Pontificis electionem stabilienda condere recusant.

Schelft. añ. Conc. p. 269. Equidem Imperator Papam ante reformationem Ecclesiæ eligi posse consenserat, decretum tamen a Synodo condi petiit, quo novus Pontifex, quamprimum electus esset, reformationi manum admovere adstringeretur, monuitque Cardinales, ut datam sibi fidem exsolvent. Propositæ sunt variæ hujus Decreti formulæ, verum Cardinales post diuturnas tergiversationes aperte respondebant, Pontifici leges præscribi non posse, nec ejus voluntatem esse ligandam, quo facto sane fidem violabant in ultima Sessione datam, vi cujus condito desuper Decreto se adlaboraturos spondebant, ut Papa, antequam aliis invigilaret negotiis, reformationem Ecclesiæ aggrediretur.

§. LXVIII.